



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Concionator

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

- 3 Concilium Prouinciale potest excommunicare Archiepiscopum.  
 4 Concilij Prouincialis decreta non sunt publicanda Papa inconsul. *Ex Congr. Concil.*  
 5 Ad decreta Concilij Diocesani non requiritur Cleri approbatio. *Ex eadem.*

*Concionator, vide Prædicare.*

*Conductio, vide Venditio.*

1 **C**onductor, si eius voluntate, aut eius casu fortuito, locator operarum, qui aliàs fuisset mercedem habiturus, est impeditus, tenetur soluere: tenetur & locator de damno ex sua culpa secuto. Ita quidam sentiunt; sed tu consule quæ de Casu fortuito, & de Culpa scripsimus.

\* De conductione multa *Mol. à d. 488. de locatione Lopez l. 1. c. 24. Garzias.*

\* *Vide Nau. c. 17. nu. 197. Fum. ver. Locatio. 15. Syl. c. nu. 12. Lopez l. 2. c. 26.*

2 Conductor potest expelli domo, ob necessitatem nouam locatoris eam habitandi, aut reparandi, aut si ibi inhonestè agat. In quo ultimo casu *Nauar.* ait nihil esse de pensione remittendum, alij id negant. Ego quidem in primo casu adderem, vt est additum in *Commodo*, nisi conductor aliàs domum fuisset, non sibi adimendam, conducturus.

\* *Nau. l. c. num. 93. 94. Sylu. nu. 9. Fum. 12. l. Mol. d. 499.*